

ג. ראה למדתך את כל חקיקות ומשפטיהם כאשר צוינו.
יהוָה אֱלֹהִי לְעֹשֵׂת כֵן בְּקָרְבַּתְּאָרֶץ אֲשֶׁר אָתָּה בְּאַיִם
שָׁמְרָה לְרַשְׁתְּךָ:

Vide, docui vos statuta & judicia, quemadmodum præcepit mihi JEHOVA, DEUS meus, ut faciatis sic in medio terræ, ad quam vos (estis) venturi, ad possidendum eam in hæreditatem.

ו. וְשָׁמְרוּ וְעַשׂ יְהִי כְּכֹתְכֶם וּבְינְתְכֶם

לְעִנְיָן הַעֲמִים אֲשֶׁר יְשֻׁמְעוּן אֶת כָּל-הַחֲקִים הָאֱלֹהִים:

Observabitis itaque & facietis, hæc enim est sapientia vestra & intelligentia vestra in oculis populorum, qui audiverint omnia statuta hæc &c.

Observanda circa hoc.

Agitur h̄ic 1. de Theologia. Nominantur enim *statuta & leges*, quæ præceperat DEus, secundūm quas debebant vitam gubernare. Scopus Mosis id indicat, v. i. Doctrina Mosis de quā agitur, non erat tantū *legalis*, sed & *evangelica*. DEum Moses non tantū ut justum, seu *legaliter*, describit, sed & misericordem, i. e. *evangelicē*. Intelligit Theologiam

2. Christianam. Intelligit eam, secundūm quam *adherent* (scilicet per glutem fidei) *Domino*, v. 4. Phrasis hæc usurpatur de Hiskia, 2. Reg. XVIII, 6. De Theologiâ hâc recte dicitur, quod sit

3. Habitus, debebat enim esse Qualitas firmiter inhærens: *ut custodiatis, &c.*

4. Κερδοῦσθε est. Quemadmodum *præcepit Dominus Deus meus*, v. 5.

5. De fide & vita, &c. Judæos alloquitur, qui ad lapsos pertinebant; fidem & vitam informat, quia nominat *sapientiam & intelligentiam*, v. 6. Addit *custodite & facite*. Custodire de fide dicitur, facere de operibus.

Per hanc discernuntur ab aliis populis, v. 7. quod est Encōmium Theologiæ.

6. Quatenus ad salutem æternam perducendus. Proponebatur doctrina ingressuris in Palæstinam, horum ingressus erat typus *vite aeternæ*, Ps. LXVIII, 17. Erat locus Sanctitatis Dei, Ps. LXXXVII, 1.

Argu-